

Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Emblema 12. Sol radios da, plectra canent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

3. Medium cor inter alas
4. Ardens ijs radis , quos oculi adspirant cordi.
1. Christus & Ieannes
2. Se mutuo adspiciunt ,
3. Cor mutuum unde concipit
4. Amoris flamas.

Ab gemino gremio , geminoque ab pectore flampus
Haurit, & alterno transserit igne puer.
Vnde pares concors conspirat ocellus in ignes ,
Quos peperit cordis lynceus hospes Amor.
Nec loquar occultos gerinâ sub matre susurros ,
Vnde pias animant bina flabella faces .
Tam bene si concors iubar adflat ocellus ocello ,
An geminis geminum quis putet esse caput ?

N O T A E.

Radios. Igniculi è corde amantis exsiliunt in oculos , qui inde suos radios alienos in oculos transmitunt , & cor itidem in amorem accendent mutuums . Vtrique ex oculis emicantes radij . D . Basili . de Virginitate è Platone An nescis , oculi sunt in amore duces , Prop . Adde & faces .

Ioannes à Christo illuminatur , & loqui discit , ut Memnonis statua orientis radijs icta .

Emblema 12.

Sol radios da , plectra canent .

1. Caput aevum stat in
2. Candida basi , chies

3. Ori

3. Ori adflat
 4. Aurora
 5. Radium, unde ex
 6. Ore ventulus procedit.
 1. Ioannes originali peccato infectus
 2. Sancta Elisabeth,
 3. Ioannis anima
 4. Gratia ortus
 5. Beneficium purgandi peccati & lucem, è qua,
 6. Loqui membris nunc, & postmodum ore possit,
 & incipiat.

AD MEMNONEM.

Quâ nouus inuenitur rosco sol ardua curru,
 Euoluitque rubro nubila vela mari,
 Os radio propiore redux tibi libat Eous,
 Et legit auratis oscula clara genis ;
 Tum quid agis vigil auroræ, qui filius andis ?
 Hoc radio an plectro ? ceu lyra dulcè canis.

PALINODIA.

Fabula sed Memnon, magici de carmine rhombi.
 Vox sonat è si & o Memnone vera puer,
 Ad pueri radios (puer alter Eous Eoo est)
 Muta prius, Verbi Vox modò lata sonat.

IOANNES ACCINIT.

Virgo, puerque pio me tangit & viri ocello,
 Nec vigil è gemino Vox ego sole loquar,
 O valcent vincitæ morosa silentia linguae.
 Virgo, puerque meæ sol ut vierque lyra,

Memno

Memnonis *Aethiopus*, qui fingitur Aurora filius, sua
celebris in *Egypto*, ubi orientis solu radio tangitur,
arte magica quid bene sonat. Vti est expertus *Strabo*,
plerique veterum meminere: de quo sic *Iuuen*.

Magicō resonant de Memnone chordæ.

Per B. Virginem fons gratiæ è Christo
in Ioannem & Elisabetham influit.

Imago 13.

Ardens ima rigat.

1. Fons salit è
2. Lilio in
3. Monte rotundo,
4. Riuus septenfluuus irrigat
5. Flores in monte enatos, &
6. Obit montem,
1. Christus è
2. Beata Virgine in
3. Montanus iudea,
4. Septem dona Spiritus Sancti sese infundunt in
5. Elisabetham & Ioannem
6. Perpetua in gratia.

Montanis pia Virgo iugis decurrit ad *Hebron*,
Tecta sub ima quibus mater Elisa sedet.
Sic Mariae fons fonte fluit, fons largus Amoris,
Hinc ut Elisa bibas cou caua vallis aquas.

Ioannes